Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lectionis diximus. Iericho typum scē sp̄tu
rę. uel superne ierusalem. uel presentis ecclesie.
uel huius mundi habere. Videamus qd agat
in fine. Iuuenes urbem & omnia quę in eā st
inuenta succendunt. quia utriusq; testamen
ti predicatores. uel potius ipsi conditores. sc̄i
pphetę & apostoli. psentem mundum & om
nia quę in eo sunt. in die iudicii. eternę ge
henne incendio. cum xp̄o sedentes in iudicio
addicunt. Omne enim qd in mundo est. con
cupiscentia carnis est. & concupiscentia oculo
rę. & superbia uitę. Argentum & aurum.
& uasa enea. ac ferrum. in erarium dn̄i con
secrant. quia puritatem uitę. mitorem ueręq;
sapientię. dulcem sonum continentię. robur
perseuerantię. celestis regis sanctuario sua
sententia dedicant. Raab meretricem iosue
facit uiuere. quia xp̄ę ecclām gentium tri
buit eternę uitę municipium capere. Do
mum patris eius facit uiuere. dum popu
lum gentium. fidei & dilectionis merito
prestat eternaliter gaudere. Omnia quę
habet facit uiuere. dum omnes in unitate
ecclesię fide & dilectione psistentes. secum
in celestibus concedit regnare. In medio
israel habitant. quia inter choros angelo.
electi de terris translati permitter regnant.
Usq; in presentem diem. usq; in illum eter
nitatis diem. qui nescit finem. quē semp
p̄ oculis conuenit habere presentem. Eo
quod nuntios absconderit. eo quod pre
dicatores uerbi receperit. quos miserat.
cum utriusq; testamentum constitue
rat. Ut iericho explorarent. ut
sanctam scripturam explanarent. ut
supernam ierusalem inuestigarent. ut presentem ecclām instruerent.
denique ut mundum subuerterent.

Sequitur.

In tempore illo imprecatus est
iosue dicens. Maledictus uir coram
domino. qui suscitauerit & edificauerit ciui
tatem iericho. In primogenito suo fundamen
ta illius iaciat. & in nouissimo liberorę ponat
portas eius. Fuit ergo dominus cum iosue.
& nomen eius in omni terra uulgatum est.

In tempore illo. quo uenit plenitudo.
iosue est imprecatus. quia dei filius. pro
nobis maledictum est factus. Maledictus
inquit uir coram dn̄o. qui suscitauerit & edifi
cauerit ciuitatem iericho. Vir ille quem femi
na suo circumdat utero. maledictus sit coram
dn̄o. factus maledictum coram dn̄o. p genere
humano in crucis patibulo. Scriptum est enim.
in deuteronomio. Maledictus omnis
qui pendet in ligno. Qui suscitauerit & edificauerit ciuitatem iericho. Iericho quę luna
psentem ecclesiam designat. quę instar lunę
huius uite mutabilitatem. quam uir ille suscitat & edificat. qui p ea pendens in cruce. suo
sanguine eam inciat. & quasi costam de p
prio latere in cruce obdormiens edificat. In
primogenito suo fundamenta illius iacit.
quia in priore testamento. fundamenta eccle
się in patriarchis & pphetis constituit. In
nouissimo liberorę portas eius ponit. quia in
nouo testamento. quod est nutrimentum suo
filiorū. sanctos apostolos totius orbis predica
tores erigit. p quos fidei predicatio mundum
intrauit. Dominus ergo cum Iosue fuit.
quia deus pater mysterium redemptionis
filii sui. p spē sc̄i grāi disposuit. Nomen eius
in omni terra uulgatur. cū a solis ortu usq; ad
occasum xp̄i redemptoris nomen gloriosum predicatur. Sequitur.